



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Floremundi Raemundi V. Cl. Olim Consiliarii Regis  
Galliarvm Ex Calviniano Catholici Synopsis Omnia hujus  
temporis Controversiarum tam inter Lutheranos,  
Calvinistas quam alios plurimos. Sive Historia ...**

**Raemond, Florimond de  
Coloniae Agrippinae, 1655**

VI. A Finlandiae Duce comprehenditur, & regno exuitur.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10880**

honoris & luculentioris fortunæ apud regem nationi sue valde amicūm, locus ostendatur. Id consilium Lagarda amplexus, à Varennio Erico regi sicutur & commendatur: qui vbi hominem manu ac consilio promtum esse cognovit, domesticorum eum numero, attributo honorifico stipendio, adscripsit. Erat vero Ericus rex mira corporis agilitate præditus, ut etiam uno saltu virginis quatuor pedes superaret; in quibus alijsque corporis exercitijs Lagarda non minus prompto atque agili, collectatore vcebat: qui tamen ab alijs monitus, etiam quum vincere posset, regi non inuitus semper cedebat, ac victoriae gloriam relinquebat. Hac ille familiaritate fretus, paullatim in gratiam regis ita se insinuauit, ut etiam maximis momentis negotijs sit adhibitus; & à Finlandiæ Duce, rege postea, primarijs regni muneribus præfetus, ut paullo post dicemus. Ad Ioannem redco:

V. Quo post diuturnum carceris squalorem à rege, ut diximus, in gratiam recepto, Lagarda in Angliam ab Erico ablegatus fuit, ut Elisabethæ nuptias ambiret. Cum repulsa inde ad regem reversus, ab eodem cum exercitu contra Danos missus est. Inter ea Georgius Personius varijs suspicio-nibus & criminationibus regis animum per se levum & inconstantem, exulcerare non desinebat: ex quo factum est ut regem non modo collati in fratrem benefici ponituerit, verum etiam immani consilio eundem cum fratre Magno & procerum quibusdam, quorum fidem suspectam, habebat, emedio tollere decreuerit. Quem in fine nuptijs suis diem dixit, IV. Iulij, An. M. D. LXVII. cùm lictoris filia ( concubina sua hastenus, quam ob singularem formam elegantiam perdite amabat, iamque duos ex ea suscepserat liberos) Stockholmæ celebrandis: à quo instituto quum Comes quidam sanguinis cognitione ipsi iunctus, cum dehortaretur, per omnia sacra obsecrans, ne regnum sanguinem cum tam vili & abiecta persona misceret, rex iratus hominem statim interfici iussit. In his, inquam, nuptijs Ericus constituerat, eodem modo quo patres ipsorum anteā in illo ipso loco à Christierno rege tractati fuerant ( quam Ianienam Olaus Magnus oculatus testis in Historia sua describit) tam fratres suos quam reliquos proceres excipere ac tractare.

Hoc consilium quum rex inter mutuos complexus coniugia peruersisset; illa, ut erat hoc corporis modo, sed etiam omnibus animi virtutibus or-

nata, illo vno infelix quod tam humili loco natæ esset, tantum facinus sub opaciorem suarum pœnæ-textu patrandum detestata. Ioannem Finlandiæ Ducem monuit ut ab insidijs sibi caueret. Ita enim in regij nostri Oratoris commentarijs scriptum inuenio. Eorum vero quæ postea contra Ericum suscepta & gesta sunt, quidam solom Pontium Lagardam auctorem faciunt; qui die quodam cum Ducis uxore hunc habuisse sermonem fertur: Minor equidem, Domina, qui fiat, quod Dux serenissimus, maritus tuus & herus meus, non animadueriat, uniuersi regni, fratræ insolentiam & crudelitatem iamdudum perteſi, oculos in se defixos esse, & expansis brachis auxilium & liberationem à tyrannie ab ipso uno petere atque exspectare, ut qui regia ista corona non minus dignus sit, quam immanis iste tyran-nus est indignus. Facile ipsi erit, modo velit, regnum hoc occupare, & ex paupere Duce in potentissimum Principem euadere. Quod si cunctetur, periculum sane est ne in perpetuam captivitatem, è qua non multo ante liberatus est, rursus incidat. Equidem qui cum omnibus militiis ducibus familiariter sum conuersatus, illud scio. Sex illa Scotorum regi militantium millia, ob non saluta stipendia iamiam secessionem sine rebellionem moliri. Magnus certe & Carolus Duce: ac plerique proceres non minus moleste ferunt, vegem thorum suum regium vilissima concubine & lictoris filia nupijs communiſſe, nec quidquam alia magis quarunt aut optant, quam occasionem, illam cum omni prole sua extirpandi. Apprehendenda est occasio; quam fugientem fruſtra deinde requiras. Iam nimis diu tyrannus ille regnat.

In hunc modum peroranti Pontio Ducissa nihil aliud respondit, quam, Ista quidem dictu, non ita fa-hu esse facilita: simulque hominem monuit, ut in omnibus summa cauione & prudentia uteretur.

VI. In hoc terum statu Dux Ioannes vndique de insidijs sibi à rege fratre suo structis, tum etiam de consilijs, quæ cum Mosco agitabat, certior factus, Lagardæ consilio à coniuge accepto uti consti-tuit; ac tentatis procerum, atque etiam Scotorum stipendiarij orum animis, quum plerosque conati-bus suis fauere animadverteret, sumta à Stenone Ericsonio mutuò pecunia, ducentos equites pri-mum conduxit; deinde Vasteno occupato, & caga-za ibi reperta cenis numis aureis & argenteis, ju-stum exercitum è Scotis & Germanis conscriptis. Quo cognito, Ericus, qui nuper, ut diximus, cum concubina nuptias Stockholmæ soleanno situ cele-brarat,

brata, eidem etiam regali corona imposta tumultuarias copias ad duodecim vitorum millia contra fratrem & proceres misit, quæ vbi primum in conspectum venire, magna ex parte ad ipsos transfugerunt. His confirmatio Dux cū exercitu ad urbem accedit. Ericus crebris transfigiis territus, & à domesticis non minus quam ab externo hoste sibi metuens, vocatis ad se qui aderant regni proceribus, primo cum ipsis sermonem confert, nouū fidelitatis exigens iuramentum: deinde populum tumultuantem alloquitur, & quidnā sibi vellet, aut de quo conquerentur, rogar. Tū omnes vna voce Georgium Personum (id est Petri filium ab epistolis, ac præcipuum libidinum ac flagitiorū administrū, ad suppliciū postulare. Sic ergo rege non abnuere auso, Georgius vna cum matre scelerum conscientia, & beneficii ac necromantiae suspecta ad Finlandiæ Ducem in castra deducitur: in via vero mater ex equo se deficiens, collo fracto, supplici pœnam & ludibrium evasit: aiunt in via ex ipsa auditum, si filio vel vnum verbum in aurem insulsurandi sibi facultas daretur non dubitare quo statim liber furvus sit. Georgius ad Ioannem (quem captiuum antea tam humaniter habuerat) adductus, & duabus horis per exercitum circumductus, præcisus naso & auriculis ad furcā adfixis, ipse etiam viuus horā in patibulo pendens, & inde magno cum luxatorum membrorum cruciati demissus, rursusque attractus, gratu omnibus spectaculum præbuit, & inde depositus cruribus ac brachiis rotā contusis, postremo in quatuor partes dissectus, & in compitis actriuiis epulandus coruis fuit appositus.

Secundum hæc Ioannes Dux urbem artius ob-sedit; & tandem amicorum, quos intus habebat, opera occupavit, Lagarda intra portam Septentrionibus obuersam cum suis recepto: quis sub signis, sed sine citium maleficio ingressus, per plateas, viuat Ioanne rex, ingeminavit. Ericus sub hæc in arcem se recepit, sed mox recollecto animo cū satellitibus & corporis custodibus rursus egreditur ratus se sola præsentia sua hostes disturbaturum. Et primi quidem vultus maiestate territi, de via ipsis cedentes, & honoris significationem exhibentes, intra ordines eum repperunt. Tum Rex Lagarda & Stenonem Ericsonum auunculum aduenientes cernens, satellitibus imperat, ut ad nutum suum ambos conficerent. Recta ad se euntes Lagarda ut se dederet imperat. Tum rex, Tibioe, inquit, pessime proditor, me dedam! Nunquam hoc

secero: sed iube aliquem mei sanguinis ad me venire: Appropinquatē Stenonem miles, Erico innuete bipenni in caput adacta, inermem prosternit & cōficit; ceteri Lagardam aggrediuntur, qui licet armatus, tribus acceptis vulneribus, sclopeto contra ipsum regem emisso, militum suorum opem inclamans, ægre fuit creptus. Rex interim satellitio circumdatus ad arcem properabat: sed Lagardæ celeritate præuentus & exclusus, in vicini templi asylum configit; vbi circumclusus, ingruente iam nocte fratri dedere se coactus est; qui cum mox Vestrantium (quam arcem pater ipsius ex Ecclesiastum ruinis ædificarat) sub custodia misit, vbi post decem annorum captiuitatem misericorditer est extensus A. 1578. (d) Sic Ericus successorem habuit eum quem semper antea suspicetum habuerat: eo saltim felix, quod in tam longa captiuitate tot tamque horrēda flagitia & crudelia facinora, quæ durante regno perpetrarāt, deflere potuit & apud Deum deprecari. Eius filiorū unus iam grandiusculus in Prussiam primum, deinde in Poloniā transfigit, cui Sigismundus Ioannis filius, qui tum regnabat in Polonia, suauit, ut Ecclesiastico ordini nomen daret, Episcopatum pollicitus: quo tamen ille consilio uti noluit, sed in Moscouiam profectus ducta in matrimonium magni Duci nepre, dotis nomine amplam admodum provinciam regendam accepit. Et hoc quidem modo Ioannes Successor regnum occupauit; vel, ut melius dicam, magno omnium ordinum consensu & applausu rex fuit renunciatus. Hic mihi vide fortunæ ludibria, quæ tam potentem regem à tam excelsō fastigio, in carcere detrahit, econtra Lagardam ex infimo loco ad supremum fere eduxit: quem Ioannes rex non solum amplissimæ prouinciæ Liuonie Protagem fecit, verum etiam generum sibi elegit, elocata ipsi filia notha, & Baronatibus quibusdam in dotem assignatis. Non multo post eundem exercitui contra Moscouiæ Ducem summo cum imperio præfecit, quum is Lutheranorum ignavia, Torpatum insignem ijs locis urbem occupasset, & multa passim damna dedisset. Iamdudum enim magna pars Teutonicorum, qui aurea sumnum ijs locis obtinuerant imperium, Equitum, deserta Catholica ad Lutheranam religionem transierant; tum vero non pauci hac itidem deserta.

Ddd Gz.

d Henninges Orbeiam vocat, in qua etiam Ioanne captiuus fuerat.

Grecanice seu Ruthenicæ nomen dederant; sic ut nec Pontifici nec Imperio Romano quidquam amplius iuris in se esse vellent. Ex omni oppidanorum numero quingenti utriusque sexus & omnium ordinum homines reperti fuerunt, qui inde profugiendo fortunatum potius, quam inter Schismatiscos (quibus Lutherani non grauatum se adiungebant) viuendo, animæ iacturam facete maluerunt. Tum quidem antiqua illa Teutonica rum in Liuonia Equitum, Moscouitis antea tam formidabilis generitas plane emarcuerat, alijs Lutheranismum, alijs Zwinglianum amplexis, alijs abiecta. S. Crucis militia illius insigni, uxorem ac liberorum greges secum ducentibus: quæ tam morum dissolutiones quam religionum dissidia Liuoniæ miserrimis calamitatibus inuoluerunt. (e) Lagarda suscepta contra Moscovitas expeditione non solum impetus eorum repressit, verum etiam Naruam maritimum emporium ab eis anteoccupatum, a peritura hyeme obseculum, & sexaginta machinis verberatum, sex hebdomadarum spacio expugnauit, magiam & fortissimam & prudentis ducis laudem adeperus.

Hic iterum aliud ecce tibi fortunæ ludibrium! Varennius enim ille, cuius ope & commendatione Långardam emersisse supra diximus, accusatus quod Scottos milites corrupere aggessus esset, ut Ericum ex custodia liberarent. capitis supplicio non multo post fuit affectus. Habeo penes me exemplum literatum, à Ioanne Sueco ad Carolū IX. Octob XIV. Anno M. D. LXVIII. scriptarum, quibus de immani erga se ab Erico concepta proditione conqueritur. Ea vero sic habet Basilius Magnus Moscovia Dux Polonia Regis sororem in matrimonium sibi expetierat: verum illa Ioannem Finlandia Ducem ei prætulerat, quum alii virtutibus, tum forma commendatione capia. Ioanni enim sedenti summam formæ gratiam ac proportionis elegantiam fuisse aiunt, quam tamen instantे aut incidente non parum deformabat illud, quod erura breviuscula haboret. Prater multas animo dotes in Principio requisiwas, multarum habebat linguarum notitiam, sic ut cum variarum nationum Legatis sine interprete loqui posset. Repulsa hanc quum Ericus Moscum agrefere seiret ad gratiam eius ineundam per legatos promisit, se fratris interfeciti uxorem unam cum utriusque sorore, virgine pulcherrima, ad eum missurum. ut illa ipsius Ducis, hac filii viginti tum circiter annos nati coniux esset. Nec mors mittitur statim à Mosco in Sueciam Legatio, in qua sexenti Nobiles

fuisse dicuntur, qui Sponsam utramque domum deducerent. Quum vero Ioannis ad huc viui coniugem Eri-  
cus tradere non posset, pro ea Gustauus viduam, etate ad  
huc & forma florentem (ut qua trigesimum quintum  
atatis annum vir explorauerat, unâ cum duabus  
sororibus offert. Omnibus iam sere ad profectionem  
in occulto preparatis, femina de iisqua clam ipso rex  
constituerat, moneretur. Tam tristis nuncio percussa  
misera, cum Magno Duke agunt, eiusque opem implorant: & petito ab Erico comeatu, nauigio quasi  
animi gratia expaciatura. Urbe exēunt: quumque aliquor passus processissent, à Magno, qui cum trecentis  
equitibus eas de compasco expectarat, exceptis, magna  
celeritate ad Ioannem Finlandia Ducem dēducuntur.  
Rumor tum percrebuit, Ericum spe sua frustratū  
ira & indignatione in desperationem versa, urbe  
Stockholmiam incendere, & collectis rebus precio-  
sioribus in Moscouiam transfugere decreuisse.  
Verum enim uero multa eiusmodi sœpe contra  
Reges ac Principes confungi, & ad conciliandum  
ipso odium, ac subditos ad rebellionem excitandos  
in vulgo spargi solent, uti tum Erico accidit; qui,  
ut diximus, miserabili morte in carcere fuit extinctus.

QUOMODO JOANNES REX CA-  
tholicam religionem in Suecia restaurare  
conatus sit, eo que defuncto Sigis-  
mundus filius regno privatus.

#### CAPUT XVI.

##### ARGUMENTUM.

- I. Ioannes Rex Suecia Catholicæ religioni clam addidus.
  - II. Lagardum ad Pontificem mittit.
  - III. Quid eius conatibus obliteris.
  - IV. Infelix mors Lagardis.
  - V. Ioannis Regis dissimulatio in Lutheranis doctriminis & Catholicis ceremonijs.
  - VI. Eius filius Sigismundus, Rex Suecia, paterno regno spoliatus.
- I. **I**OANNES III. quam Sueciæ regem factum diximus, quamvis Lutheranæ toleraret, animo tamen Catholicam colebat religionem: in cuius Russicus Lutheranus Scriptor in Liuonica Historia fusa describit Calamitates Liuonia post Lutheranum Inneustum.